



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



## **EULALIA**

### ***European Latin Linguistic Assessment***

***Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)***

**(2019-1-IT02-KA203-062286)**

**<https://site.unibo.it/eulalia/en>**

### ***O 2 European Latin Language Certification – Basic Level***

#### ***Multimedia Practical Tools***

#### ***TESTS***

***(German Version:  
31.01.2022)***

***Project Coordinator:***

***Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)***

***Project Partners:***

***University of Köln (Germany)***

***Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)***

***University of Rouen (France)***

***University of Salamanca (Spain)***

***University of Uppsala (Sweden)***



*The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.*

**Niveau A: Bearbeitungszeit von 90 Minuten, kein Wörterbuch. Jede Antwort gibt einen Punkt.**

**BEWERTUNG:**

**Für A1: 75% der Gesamtpunktzahl des ersten Teils 24/32 (Aufgaben 1-5); das Niveau A1 ist auch dann erreicht, wenn beide Teile bearbeitet und mindestens 24/44 Punkte erreicht worden sind.**

**Für A2: 75% der Gesamtpunktzahl 33/44 davon mindestens 8 im zweiten Teil (Aufgaben 6-7).**


**De Hannibale imperatore** (Nep. Hann. 3,2–4 und 4,3)

*Hannibal Carthaginiensis vir fortis erat; itaque iuvenis imperator factus est. Cum Romani ei odio essent, Hannibal Romam capere voluit.*

Hannibal minor quinque et viginti annis natus imperator factus proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subigit, Saguntum, foederatam civitatem, vi expugnavit, tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum 5 omnibus incolis conflixit: neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem transierat, Alpicos conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit. Hoc itinere adeo gravi morbo adficitur oculorum, ut 10 postea numquam dextro aequa bene usus sit. Qua valetudine cum etiamnum premeretur lecticaque ferretur, C. Flaminium consulem apud Trasumenum cum exercitu insidiis circumventum occidit, neque multo post C. Centenium praetorem cum delecta manu saltus occupantem.

Glossarium

Z.1	quinque et viginti	XXV
	proximo triennio	per tres annos
Z.2	subigere	vincere
	foederatam	Saguntum oppidum socius Romanus fuit.
	expugnare	capere
Z.2/3	exercitus comparare	exercitus cogere
Z.4	saltum Pyrenaeum	Pyrenaei montes
	quacumque	omnibus in locis
Z.5	incola, ae m.	homo, qui in eis locis sedes habet
	configlere	pugnare
	posteaquam	postquam
Z.6	seiungere	dividere
Z.7	Alpici, orum m.	homines, qui in Alpibus montibus sedes habent
	transitus, us m.	Alpes transire

	concidere	occidere, interficere
	patefacere	aperire
	muniit	munivit
	iter munire	viam facere
Z.8	ea	ibi
	elephantus ornatus	elephantus, qui arma paeclarata et homines fert
	inermis	sine armis
	repere	~ magno labore se mouere
Z.9	traducere	ducere
	adficitur	afficitur
Z.10	etiamnum	usque ad hoc tempus
Z.11	lectica	
Z.11/12	insidiis circumventum	Hannibal consuli insidias paravit.

1. Vervollständigen Sie die Paraphrase des gelesenen Teils, indem Sie die Zahl des fehlenden Wortes in die Lücke eintragen. **Achtung:** Für einige Wörter gibt es keine passenden Lücken (8 Punkte).

1. Romam	5. quibus	9. quos	13. transire
2. quorum	6. ne	10. omnibus	14. videret
3. ut	7. Alpes	11. sequi	15. vincenda
4. vincendum	8. nemini	12. interficeret	16. qui

Hannibal, cum iuvenis imperator factus esset, omnibus cum gentibus Hispaniae pugnavit et eas vi et armis vicit. Statim tres exercitus coegit, \_\_\_\_\_ unum in Africam misit, alterum Hispaniae praesidio reliquit, tertium secum in Italiam duxit. In itinere Hannibal \_\_\_\_\_ pepercit. Ei etiam natura \_\_\_\_\_ erat: Hannibal, postquam Pyrenaeos montes cum exercitu transiit, \_\_\_\_\_ transire voluit. Primo Alpicos, \_\_\_\_\_ prohibere volebant eum montes \_\_\_\_\_, vicit; tum exercitui elephantisque iter munivit. Cum Hannibal in Italiam pervenisset, oculi ei adeo dolebant, \_\_\_\_\_ postea uno tantum uti posset. Tamen Hannibal tantae fortitudinis erat, ut non modo C. Flaminium consulem, sed etiam C. Centenium praetorem \_\_\_\_\_.

**2.** Kreuzen Sie an, ob diese Aussagen zum Text richtig (R) oder falsch (F) sind. (7 Punkte)

	R	F
1. Hannibal iuvenis multas gentes Galliae vicit.		
2. Hannibal imperator in Italiam pervenire voluit et tres exercitus secum duxit.		
3. Hannibal primus hominum Alpes transiit.		
4. Alpici patriam defendantes Hannibalem armis petiverunt.		
5. Elephantis exercituique iter ab Hannibale paratum est.		
6. Morbo oculorum affectus Hannibal in Hispaniam revertit.		
7. C. Flaminius et C. Centenius ab exercitu Hasdrubalis, fratribus Hannibalibus, victi sunt.		

**3.** Kreuzen Sie jeweils die korrekte Antwort an. (5 Punkte)

1. Quae regiones ab Alpis dividuntur?

- a) Italia et Hispania.
- b) Hispania et Gallia.
- c) Gallia et Italia.
- d) Hispania, Italia Galliaque.

2. Quomodo Hannibal Alpes transiit?

- a) Hannibal Alpicos Herculemque vicit, postea exercitum elephantesque trans Alpes duxit.
- b) Hannibal milites in Graeciam traduxit et itinera munivit, postea exercitum elephantesque trans Alpes duxit.
- c) Hannibal Herculem vicit et itinera munivit; postea exercitum elephantesque trans Alpes duxit.
- d) Hannibal Alpicos vicit et itinera munivit; postea exercitum elephantesque trans Alpes duxit.

3. Quem Hannibal vicit?

- a) gentes Hispaniae, gentes Africae, C. Centenium
- b) gentes Hispaniae, Alpicos, C. Flaminium, C. Centenium
- c) gentes Hispaniae, gentes Africae, C. Flaminium
- d) Alpicos, Graecos, C. Flaminium, C. Centenium

4. Cur Hannibal lectica latus est?

- a) Quia hostis ei vulnera intulit.
- b) Quia imperator Carthaginiensium lectica ferri solebat.
- c) Quia morbo oculorum affectus est.
- d) Quia hostes terrere voluit.

5. Quomodo C. Flaminius consul apud Trasumenum victus est?

- a) Hannibal dolo usus consulem vicit.
- b) Hasdrubal, frater Hannibalis, consulem interfecit.
- c) Hannibal paucis cum militibus consulem necavit.
- d) C. Flaminius et C. Centenius fugerunt.

4. Bestimmen Sie die sprachlichen Phänomene aus dem Text. Kreuzen Sie die jeweils richtige Antwort an. (8 Punkte)

1. **foederatam civitatem** in Z. 2 ist ...

- a) eine Apposition
- b) ein Prädikatsnomen
- c) ein Prädikativum
- d) ein *participium coniunctum*

5. **qua** in Z. 8 bezieht sich auf ...

- a) loca (Z. 7)
- b) itinera (Z. 8)
- c) ea (Z. 8)
- d) elephantus (Z. 8)

2. **quacumque** in Z. 4 ...

- a) ist ein Adverb
- b) leitet einen Konzessivsatz ein
- c) ist ein Relativpronomen
- d) leitet einen Temporalsatz ein

6. **ut** in Z. 9 ...

- a) leitet einen Konzessivsatz ein
- b) leitet einen Finalsatz ein
- c) leitet einen Konsekutivsatz ein
- d) leitet einen Temporalsatz ein

3. **conantes** in Z. 7 ist ...

- a) ein Substantiv
- b) Teil eines Abl. Abs.
- c) ein attributives Partizip
- d) ein *participium coniunctum*

7. **cum** in Z. 10 ...

- a) ist eine Präposition
- b) ist eine Konjunktion
- c) ist ein Relativpronomen
- d) ist eine Subjunktion

4. ***ut*** in Z. 8 ...
- a) leitet einen Konsekutivsatz ein
  - b) leitet einen Konzessivsatz ein
  - c) leitet einen Finalsatz ein
  - d) leitet einen Temporalsatz ein
8. ***occupantem*** in Z. 13 ist ...
- a) ein Gerundium
  - b) ein *participium coniunctum*
  - c) ein attributives Partizip
  - d) ein Partizip Perfekt Passiv

5. Formen Sie die Sätze wie vorgegeben um. (4 Punkte)

1. Z. 1: Hannibal minor quinque et viginti annis natus imperator factus ...  
 → Hannibal, postquam minor quinque et viginti annis natus imperator \_\_\_\_\_  
**(Temporalsatz mit postquam)**
2. Z. 5-8: Ad Alpes poste aquam venit, [...] loca patefecit, itinera munivit.  
 → Cum ad Alpes \_\_\_\_\_, loca patefecit, itinera munivit. **(Temporalsatz mit cum historicum)**
3. Z. 7: Alpicos conantes prohibere transitu concidit ...  
 → Alpicos, qui transitu prohibere \_\_\_\_\_, concidit. **(Relativsatz)**
4. Z. 10-11: Qua valetudine cum etiamnum premeretur [...], C. Flaminium ...  
 → Quamquam Hannibal ea valetudine etiamnum \_\_\_\_\_ [...], C. Flaminium ...  
**(Konzessivsatz mit quamquam)**

### De imperatore victori (Nepos, Hann. 5,1–5,4)

*Hannibal, postquam in Italiam pervenit, Romanos iterum atque iterum in proeliis vincebat. In Apulia exercitus consulum fudit et Paulum consulem occidit.*

Hac pugna pugnata Romam profectus est nullo resistente. In propinquis urbi montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset et Capuam reverteretur, Q. Fabius Maximus, dictator Romanus, in agro Falerno ei se obiecit. Hic clausus locorum angustiis noctu sine ullo detimento exercitus se expedivit Fabioque, callidissimo imperatori, dedit verba.

5 Namque obducta nocte sarmenta in cornibus iuvencorum deligata incendit eiusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentina obiecto visu tantum terrorem iniecit exercitu Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. [...] Longum est omnia enumerare proelia. Quare unum hoc satis erit dictum, ex quo intellegi possit, quantus ille fuerit: Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem  
10 pugnam in campo castra posuit.

#### Glossarium

Z.2	aliquot	~ paucos
Z.3	angustiae	loca angusta
	noctu	nocte (Adv.)
Z.4	detrimentum	id, quod alicui nocet
	callidus	dux, qui callidus est, hostes dolis fallere solet.
	verba dare	hic: ~ fallere
Z.5	obducta nocte	~ nocte (Adv.)
	sarmenta	
	iuvencus	~ pecus
	deligare	~ ponere
	dispalari	errare
Z.6	immittere	in hostem mitttere
	repentinus, a, um	Adj. --> repente
	objeto visu	ubi pecus viderunt
	terrorem inicere	terrore afficere
Z.7	extra vallum	~ extra castra
Z.9	quamdiu	dum

6. Vervollständigen Sie die Paraphrase des gelesenen Teils, indem Sie die folgenden Wörter in korrekter Form in die Lücken einfügen (6 Punkte).

1. velle, volo, volui	4. pecus, pecoris, n.
2. audere, audeo, ausus sum	5. esse, sum, fui
3. terrere, terreo, terrui, territum	6. committere, committo, commisi, commissum

Proelio \_\_\_\_\_ Hannibal Romam profectus est et opinione celerius ad urbem pervenit, quia nemo copiis Carthaginiensium restitit. Tum in montibus, qui prope urbem erant, mansit. Imperatori, cum Capuam redire \_\_\_\_\_, Q. Fabius Maximus dictator insidias paravit. Hannibal, quamquam natura loci clausus erat, dictatorem hoc dolo fallere potuit: Multa nocte sarmenta cornibus \_\_\_\_\_ iunxit et ea incendit. Tum ea pecora ad castra hostium misit. Hac specie \_\_\_\_\_ milites Romani e castris egredi \_\_\_\_\_ non \_\_\_\_\_. Quia imperator Carthaginiensium saepe victor proelio discessit, nemo ei in acie restitit. Itaque inter omnes constat neminem fortiorem Hannibale \_\_\_\_\_.

7. Wandeln Sie die Sätze wie vorgegeben um. (6 Punkte)

1. Z. 1: Hac pugna pugnata Romam profectus est nullo resistente.

→ **Cum** haec pugna \_\_\_\_\_, Romam profectus est nullo resistente.

2. Z. 2: Cum aliquot ibi dies castra habuisset [...]

→ **Postquam** aliquot ibi dies castra \_\_\_\_\_ [...]

3. Z. 3/4: Hic clausus locorum angustiis noctu sine ullo detimento exercitus se expedivit [...]

→ Hic, **qui** locorum angustiis \_\_\_\_\_, noctu sine ullo detimento exercitus se expedivit [...]

4. Z. 4-6: [...] Fabioque, callidissimo imperatori, dedit verba. Namque obducta nocte sarmenta in cornibus iuvencorum deligata incendit [...].

→ [...] Fabioque, callidissimo imperatori, dedit verba obducta nocte sarmenta in cornibus iuvencorum deligata \_\_\_\_\_ [...] (**PPA als PC**)

5. Z. 9: Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit [...]

→ **Dum (in der Bedeutung: während)** in Italia \_\_\_\_\_, nemo ei in acie restitit [...]

6. Z. 9/10: Nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit.

→ **A** \_\_\_\_\_ adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posita sunt.